

ptatibus desit. Incolarum neminem interdum cerni, si-  
lere omnia haud alio quàm solitudinũ horrore, subire  
tacitam religionem animos propius accedentium, præ-  
terq; horrorem elati super nubila, atq; in viciniam lu-  
naris circuli. Eundemq; noctibus micare crebris igni-  
bus, Aegipanũ Satyrorumq; lasciuia, impleri tibia-  
rum ac fistulæ cātu, tympanorumq; & cymbalorum  
sonitu strepere. Hæc celebrati auctores prodidere, præ-  
ter Herculi & Perseo laborata ibi. Spatium ad eum  
immensum incertumq;. Fuere & Hammonis Carthagi-  
nensium ducis commentarij, Punicis rebus florentissi-  
mis explorare ambitum Africa iussi: quem secuti ple-  
riq; & Græcis nostrisq; ad alia quædam fabulosa, et vr-  
bes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec  
memoria vlla, nec vestigium extat. Scipione Aemilia-  
no res in Africa gerente, Polybius annalium cõditor  
ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia cir-  
cumuectus, prodidit à môte eo ad occasum versus sal-  
tus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Ana-  
tin cccclxxxv. M. pass. Ab eo Lixum ccv. M. pass.  
Agrippa. Lixum à Gaditano freto cxij. M. pass. abes-  
se. Inde sinum qui vocetur Saguti. Oppidũ in promon-  
torio Mulelacha. Flumina, Subur, & Salam. Portum  
Rutubis à Lixo cccxij. M. p. Inde promõtorium solis,  
portum Risardir, Getulos Autololes, flumen Coseniũ,  
gentem Scelatitos & Masatos. Flumen Masatat, flu-  
men Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum  
dcxvi. M. p. includi montis Barce promontorio excur-  
rente in occasum, quod appellatur Surrentiũ. Postea  
flumẽ Palsum, vltra quod Aethiopas Perorsos, quo-  
rũ à tergo Pharusos. Iis iungi mediterraneos Getulos  
Daras. At in ora Aethiopas Daratitas, Flumẽ Bam-  
botũ, crocodilis & hippopotamis refertũ. Ab eo mon-  
tes perpetuos usq; ad eum quem Theon ochema dice-  
mus. Inde ad promõtorium Hesperiũ navigatione die-  
rum ac noctiũ x. in medio eo spatio Atlãtem locauit,  
à cæteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditũ.  
Ro. arma primũ Claudio principe in Mauritania bel-  
lauere. Ptolemæũ regem à C. Cesare interemptũ vl-  
ciscente liberto Aedemone, refugiētibusq; barbaris,  
uentũ constat ad montẽ Atlãtẽ. Nec solũ consulatu  
perfunctis, atq; è senatu ducibus, qui tum res gessere,  
sed equitibus quoq; Ro. qui ex eo præfuere ibi, Atlãtẽ  
penetrasse in gloria fuit. Quinq; sũt (vt diximus) Ro.  
coloniæ in ea prouincia, peruiũq; fama uideri potest.  
Sed id plerũq; fallacissimũ experimento deprehendi-  
tur, quia dignitates cũ indagare uera pigeat, ignoran-  
tiæ pudore mētiri nõ piget: haud alio fidei proniore la-  
psu, quàm vbi falsæ rei grauis autor existit. Et quidẽ  
minus miror incõperta quædã esse equestris ordinis vi-  
ris, iam uero & senatorij, nil demirãtibus quàm luxu-  
riam, cuius efficacissima vis sentitur atq; maxima, cũ  
ebori citroq; syluæ exquirantur, omnes scopoli Getu-  
li muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in  
ora ab Sala cl. M. pass. flumen Asinam marino hau-  
stu, sed portu spectabile: mox amneq; quem vocant

Fut, ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlãti nomen esse eo-  
rum lingua cõuenit) cc. M. p. interueniẽte flumine, cui  
nomen est Vior. Ibi fama, existere circa vestigia habi-  
tati quõdam soli, vinearum palmetorumq; reliquias.  
Suetonius Paulinus, quem consulem vidimus, primus  
Romanorũ ducum trãsgressus quoq; Atlãtẽ aliquot  
miliũ spatio, prodidit de excelsitate quidem eius quæ  
cæteri: Imas radices densis, altisq; repletas syluis, in-  
cognito genere arborũ, proceritatẽ spectabilẽ esse eno-  
di nitore, frondes cupressis similes, præterq; grauitatẽ  
odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte,  
posse quales è bombyce vestes cõfici. Verticẽ altis etiã  
astate operiri niuibus. Decumis se eo puenisse castris,  
& vltra ad fluiuium, qui Niger vocatur, per solitudi-  
nes nigri pulueris, eminētibus interdum velut exustis  
cauitibus, loca inhabitabilia feruore, quãquam hyber-  
no tẽpore experto. Qui proximos inhabitẽt saltus, re-  
fertos elephantorũ ferarũq; & serpentũ omni gene-  
re, Canarios appellari. Quippe victũ eius aialis promi-  
scuũ his esse, et diuidua ferarũ viscera. Inctã Aethiopiũ  
gentẽ, quos Perorsos vocãt, satis cõstat. Iuba Ptole-  
mei pater, qui primus vtriq; Mauritaniæ imperauit,  
studiorũ claritate memorabilior etiã quàm regno, si-  
milia prodidit de Atlãte: præterq; gigni ibi herbã eu-  
phorbiã nomine, ab inuẽtore medico suo appellatã.  
Cuius lacteum succũ miris laudibus celebrat in clari-  
tate visus, contraq; serpentes & venena omnia, priua-  
tim dicato volumine. Et satis superq; de Atlãte.

Tingitania prouincia. CAP. II.

30 **T**ingitaniæ prouinciæ longitudo clxx. M. p. est.  
Gètes in ea, quondã præcipua Maurorũ, vnde  
nomẽ prouinciæ, quos pleriq; Maurusios dixe-  
rũt. Attenuata bellis ad paucas recidit famiias. Pro-  
xima illi Massesulorũ fuerat, sed simili modo extincta  
est. Getulæ nunc tenet gentes, Banurri, multoq; va-  
lidissimi Autololes, Et horũ pars quondã Vesuni, qui  
auulsi his propriã fecere gentem versi ad Aethiopas.  
Ipsa prouincia ab oriente montosa, fert elephantos. In  
Abila quoq; monte, & quos septẽ fratres à simili al-  
titudine appellant: ij freto imminet iuncti Abila. Ab  
his ora iterni maris. Flumẽ Tamuda nauigabile, quõ-  
dam & oppidũ. Flumen Laud, & ipsum nauigiorũ ca-  
pax. Rusardir oppidum & portus, Maluana fluiuis  
nauigabilis. Siga oppidum ex aduerso Malachæ in Hi-  
spania sita. Siphacis regia, alterius iam Mauritania.  
Nanq; diu regũ nomina obtinuerẽ, vt Rogudiana ap-  
pellaretur extima: itemq; Bochi, quæ nũc Cesariẽsis.  
Ab ea portus Magnus à spatio appellatus, ciuiũ Ro.  
oppidũ. Amnis Mulucha, Bochi Massesulorũq; finis.  
30 Quiza xenitana peregrinorũ oppidũ. Arsennaria La-  
tinorũ, tribus milibus pass. à mari. Cartenna colonia  
Augusti, legio secunda. Itẽ colonia eiusdẽ deducta co-  
horte prætoriana Gunugi, promontoriũ Apollinis. Oppi-  
dũq; ibi celeberrimũ Cesarea, antea vocitatũ Iol. Iu-  
ba regia, à diuo Claudio coloniæ iure donata, eiusdem  
iussu deductis veteranis. Oppidũ nouũ, & Latio dato,  
Tipasa,